

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Iusta vltio. Emblema CLXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Iusta ultio.

EMBLEMA CLXXIII.



RAPT AB AT volucres captum pede coruus in auras
 Scorpion, audaci premia parta gula.
 Ast ille infuso sensim per membra veneno,
 Raptorem in Stygias compulit vltor aquas.
 Orisures digna: alijs qui fata parabat,
 Ipse perit, proprijs succubuitq; dolis.

COMMENTARI II.

- I. **CORVUS** in ramo arboris sedens
 rostro scorpionū tenet, qui strictis armis suis, nempe cauda aculeata, hostem suum ferit, & veneno infuso perimit.
- II. **CORVUS** est apud Aesopum de Coruo cibum quaritante, & serpentem in aprico dormientem corripiente, à quo lethiferum spiculum sentiens, iustam in se ultionem animalculi vilissimi sensit. Car-
- men ipsum petitum est ex Græco Archiep. lib. I. Græcorum Epigram. tit. eis δίκων. Emble-
 μα ἰν ποτε παμφαινοῦτι μελάντερος αἰθίρι πρῶτος ἴπ-
 ρωμῶν,
 σκορπίον ἰν γαίης εἶδε θορόν τε κόραξ.
 ὄν μάρτυρας ὄρεσεν· ἰδ' αἰζαντος ἰπ-
 ἴδας,
 ἔβραδύς, ἰκνήντηρ τιζαν ἔτυφε
 βίλην.

ἄζωος μὲν ἀμύρσεν. ἰδ' ὅσον ἔτευχεν ἰπ' ἄλλω,

ἐν κείνῃ τλῆμων δ' ὕδ' ἔδεκτο μόρον. Scorpius è terra proreperat, idq; vidente

Corneo, qui caelo visitat in liquido; Corripuit visum, fugitq; sed hic ut humum ales

Contigerat, telo mox ferit atq; necat. Ecce tibi, quod in hunc anis insidiosa parabat,

Inde sibi acciuit ipsa necem misera. Aliquando conspicuo in ethere nigrior se vibrans,

Scorpius è terra vidit exilientē coruus. Quem correpturus irruit: at ille [scorpius] eius qui irruisset ad solum:

Non tardus multum aculeata pedem percussit sagitta,

Et vita eum priuauit. Ecce quantum [quisq;] fecerit in alium,

Ex illo miser ipse accepit necem: Quondam conspicuo se coruus in aethere vibrans,

Scorpion intuitus qui volitabat humo est. Quem dum correptum tenuit, percussit inermem

Raptoris cornu cuspis acuta pedem. Atq; neci dedit hunc. In quemquam qui facit, ecco,

Illi tantundem debita fata luet. III. RAPTABAT volucres &c.] Coruus dum prædam in acre queritar, & scorpionem pede arreptum tenet, ut illuna deuoraret. Virgil. 5. Æneid.

iuuenis volucris diuerberat auræ. Scorpius: Scorpius] Scorpio, vel Scorpius dicitur

ἀπὸ τοῦ σκορπίζειν τοῦ ἰσθ. ab spargendo venenum. Vel παρὰ τὸ σκασιῶς ἐπαεῖν. id est, à serpendo sinistro. De quo agit Plinius lib. 11. cap. 25. Celsus lib. 5. cap. 27. A scorpione sunt adagia, Scorpius sub omni lapide, & Scorpion pro perca.

Præmia parta gula.] Vide adagium, Coruus serpentem. quod torquetur in hominem ob edacitatem periclitantem: veluti Diogenes Cynicus comeso polypo cuido perijt.

Infuso sensum] iniecto aculeo venefico. Raptorem in Stygias] coruum ad mortem adigit. Styx palus est apud inferos, sic dicta ἀπὸ τοῦ στυγῆν odio habere. Vel ἀπὸ τοῦ στυγερῶ, à tristitia. Virgil. 6. Æneid.

Styx: Raptorem in Stygias] coruum ad mortem adigit. Styx palus est apud inferos, sic dicta ἀπὸ τοῦ στυγῆν odio habere. Vel ἀπὸ τοῦ στυγερῶ, à tristitia. Virgil. 6. Æneid.

Styx: Raptorem in Stygias] coruum ad mortem adigit. Styx palus est apud inferos, sic dicta ἀπὸ τοῦ στυγῆν odio habere. Vel ἀπὸ τοῦ στυγερῶ, à tristitia. Virgil. 6. Æneid.

Styx: Raptorem in Stygias] coruum ad mortem adigit. Styx palus est apud inferos, sic dicta ἀπὸ τοῦ στυγῆν odio habere. Vel ἀπὸ τοῦ στυγερῶ, à tristitia. Virgil. 6. Æneid.

Styx: Raptorem in Stygias] coruum ad mortem adigit. Styx palus est apud inferos, sic dicta ἀπὸ τοῦ στυγῆν odio habere. Vel ἀπὸ τοῦ στυγερῶ, à tristitia. Virgil. 6. Æneid.

Stygiamq; paludem, Dii cuius iurare timent, & fallere numen. De ea vide cap. 2. lib. 3. Mytholog. Nat. Comit. Tibullus lib. 1. eleg. 10.

Cerberus, & Stygia nauita puppis aqua. Proprijs succubuitq; dolis] qui infidias alteri intruxerat, ipse dolo periijt. Apud paræmiographum Hebræum Prouerb. 26. Qui fodit foueam, incidit in eam: & qui lapidem vibrat, ad eum reuertetur. Cicero 2. Tuscul. ex Poeta quodam: Qui alteri exitum parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem.

CORVVS quidem malus est, at scorpius nocentior, qui eum arcuata & venenata cauda interimit: idem quod accidit ijs, qui re flagitio parat, suo demum magno malo discunt, male parat male dispere. Et ferè fit, quod vulgò dici solet, captores ipsi capiuntur, raptoresq; ab alijs etiam vicissim correpti decidunt & il-

laqueentur: ut cum gladiator incidit in homicidam, fur in latronem, lusor in aleatorem, falsarius in veneficum, scenerator in auctionarium aut transfugam, callidus in versipellem, impostor in planum; vno verbo malus in peiorem. Quo spectant adagia, Cornix scorpionem. & Quo ipsius laqueo captus. & Coruus serpentem. & Capra gladium. &c. Sic sæpe (teste Ouidio 2. de Remedio)

Parua necat morsu spaciosum viperæ tantum: A cane non magno saepe tenetur aper. Respexit huc Sallust. in fragment. histor. Præua incepta consultoribus sunt noxæ. Lucretius lib. 5.

Circumretit enim vis, atq; iniuria quaq; Atq; vnde exorta est, ad eum plerumquo reuertit.

Ouid. 1. de arte: Fallite fallentes; ex magna parte profanæ Sunt genus: in laqueos quos posuere cadant.

Consentiunt ipsæ sacræ literæ, Sapient. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Sed ad historias conuertamur. Herodiasis filia cum D. Ioannis caput petijset ab Herode, saltationis præmium, ut legitur Marci 6. ea ipsa pæna punita fuit: nam cum ei aliquando esset traiiciendus fluiuius, qui tempore brumali glacie eonitictus congelatusq; erat, mox rupta glacie capite tenuis demersa est, & inferioribus

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

corpous

IV.

Captores saepe ipsi capiuntur.

Filia Herodiasis mors.

- corporis partibus saltare cœpit in vndis, ita vt caput à trunco non ferro, sed crustis glaciæ resectum sit. Nicephorus lib. 1. cap. 20. Cæsar Baronius Tom. 1. Anual.
- Nestorij.* Eccles. Nestorius blasphemias impudentissimas in Christum uouit, ideo eius lingua statim vt mortuus est à vermibus fuit consumpta. Pandarus per linguam traiectus est telo, quia iurandum violauit. Apud Sophoclem Laij terra libido in semine Oedipo horribiliter punita est: ille enim à magna matre terra absorptus est, quod matrem vitauerat, Merius Suffetius distractus fuit in duas partes, quia coluit cum duabus partibus, Albanis & Romanis. T. Lilius lib. 1. Clytemnestra ab Oreste, quod ipsa maritum suum occidit, patrem Orestis, interempta est. Fuere qui eodem modo pugione, quo Cæsarem violauerant, interemerunt. Suetonius in Cæsare. Quod de Cæsare memorie traditum est, hoc etiam de Gordiano Cordus euenisse scribit. Nam omnes quicumque illum gladio apperuerunt, qui nouem fuisse dicitur, postea interemptis Philippicis sua manu, suisq; gladiis, & iisdem, quibus illum percusserant, interijisse dicuntur. Iul. Capitolin. in Gordianis tribus sub finem. Fuit autem is Gordianus vltimus ex Imperatoribus Gordianis, & fraude Philippi præfecti Prætorii, Arabis humili genere ortundi, interfectus. Eiusdem argumētū habemus præterea in igne exemplum apud Lilium lib. 8. de beneficiis Romanis, cuius quoque Valer. Max. meminit lib. 2. cap. 26. quæ cum venena præparasset, quibus multi similibus morbis extinguerentur, neque compertum esset, vnde ista venirent; tandem ancilla rei veritatē detexit, muliebri scilicet fraude ciuitatem premi, matronasque ea venena coquere. Negantibus autem hoc matronis, & ea medicamenta salubria esse cōtendentibus, ex bibere istas decoctiones sunt iussa. Haud abnuentibus illis bibere, eposito medicamento suamet ipsæ fraude, omnes interierunt, ideoque exemplo reliquæ comprehendere, ex quibus 170. damnatæ sunt. Huc referri potest (vt tandem finem) Perillus, artitex tauri Phala Idis, de quo Ouidius:
- Et Phalaris tauro violenti membra Perilli*
Torruit, infelix imbuit autor opus.
- Eodem modo contigit cuidam Arnutio Paterculo, qui æneum equuleum ad excruciantes homines excogitabat. Memorandum quoq; est illud, (vt ad recentiora deueniamus) quod Robertus Gagauinus lib. 10. cap. 29. Histor. Francor. iteris mandauit. Per eos dies, inquit, anno salutis M. CCCC. LXXVII. machina ingens, quam bombardam dicunt, Turoni conflata, & inde Parisium vecta, triste sui spectaculum præbuit. Ad D. Antonij portam extra muros, cum instructa & composita prorsus à peritis eius operis esset, dum pila ferrea pondere quingentarum librarum in cauum machinæ deuoluit, ignem excutit, quod pila ipsa repente depulsa, machinæ in primis auctorem, moxque quatuordecim ibi stantes viros, ita dissipauit, vt per aerem membra prouecta ægrè inueniri & colligi potuerint. Longis quoq; euolans pila, aucupem auidis insidias ponentem oppressit. Alij præterea sex violentia spiritus & sulphuris fetore grauem valetudinem incurterunt. Ioannes Mangarus, qui machinam constituerat, frustra in per agrum receptus apud S. Medericum sepultus est. Hæc ille. Sed id ipsum Emblemata video latissime porrigi ad technarum, fraudumq; machinatores, qui tandem suam Nemesin sentiunt, & vt sementem fecerint, ita & metent. Multa huc comportari possunt ex Plutarcho de his, qui tardè à numine puniuntur.

Perillus

Arnutius
PaterculusIoan. Mæ
guens sua
machina
perijt